Sigismundus Augustus Dei grã Rex Poloniae magnus Dux
Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiaeq3 etc. Dñs et haeres.

Significamus praesentibus lrĩs nostris quorum interest universis. Quod
comparens coram nobis et Actis Cancellariae nostrae, Generosus Stanisla-
us Milosserowski Venator trẽ Belzeñ, fecit, constituit, ac solemniter or-
dinavit in suum verum, ac legitimum Procuratorem et plenipotentem No-
bilem Joannem Risskowski, dans et concedens eidem plenam et omni-
modam ptãtem causas suas omnes quas habet vel habiturus est, cum
quibuscunq3 personis, status et sexus utriusq3, occõne rerum quarumcũq3
coram quocunq3 iudicio Regni, et magni Ducatus nostri Lituaniae nomina-
tim autem coram Iudicibus compromissariis, ageñ, defendeñ, prosequeñ,
fineq3 debito terminañ. et alia omnia circa praemissa fieri solita exequeñ.
Promittens id totum ratum atq3 firmum habere, et inviolabiliter obser-
vare, quicquid per dictum suum plenipotentem actum factum, gestum,
attentatum, ordinatumq3 fuerit, non secus ac si ipsemet p̃missis omnibus
interesset. In cuius rei fidem et testimonium sigillum nrũm p̃ntibus est
appensum. Datum Warschoviae die xxii Mensis Februarii Anno
domini M. D. LXX°. Regni vero nostri anno xxxxi°.

Franciscus Crasiński
R. P. Vicecancell.

Revdo Rdi Francisci Krasin-
ski Praepti Plocen et Regni
Poloniae Vicecancellarii

Pa Mitoszewska in suum Pro
curatorem et plenipotentem
eligit Ryszkowski

Lietuvos TSR Mokslų Akademijos CENTR. BIBLIOTEKA